


Reges Hierosolimitanor.

Godfridus Bullonensis Rex Hierusalem primus.

Baldwinus de Burgo Rex Hierusalem secundus.



Baldwinus Rex Hierusalem tertius.

Almericus Rex Hierusalem sextus.




Reges Hungarię Bohemię et Polonię

Wladislaus Rex Hungarię Polonię Dalmatie Crouatie Sclauonie etc.

Ladislaus Rex Hungarię Bohem. Dalm. Crouat. Sclau etc. Archidux Austrię.





I. HIEROGRAPHIA HIEROSOLYMITANO- RUM, SIMPLEX.

53.



OTFRIDUS quod armis regnum compararat, pace & legibus firmare statuit, ut ex palmæ pacificæ ramis videre est, & quidem Volente (pietas enim manifesta est) Deo.

II. Hierographia simplex.

Ad nos, laudis Amor, Quos? qui licet excelso honoris gradu: (altior nullus est regio fastigio) ad altiora enitimur: proferre, inquam nitimur regni limites: aut plura regna occupare, quemadmodum hîc Capreolus ex rupe excelsa, in eminentiorem, salienti similis prospicit, si Rex non respexit ad Capram Amaltheæ, quam Juppiter, in cælo collocavit. Certè Antipatridem, Cæsaream, Ptolomaidem, Tripolim & Berythum vicaptas, cum ingenti Saracenorum strage, accumulavit regno, præter Apameam & Laodiceam Syriæ: Carras Mesopotamiæ.

III. Hierographia simplex.

Omnibus gratus si hic fuit, nemo facilè & verè dixerit. Nam etiam si Deo, ut apparet, apparente cum Stella, Angelo, & optimo cuiq; ; habet etiam Virtus, non vir tantum mortalis, æmulos & hostes. Hoc ex annalibus constat non alio unquam tempore, ira res nostras floruisse Hierosolymis. Instituit Rex ordinem Equitum, qui Rhodum diu tenuerunt, nunc Melitem habent & tuentur adversus Barbaros. Ne societatem Templariorum & Teutonicorum militum aspernatus est, licet ab aliis institutam. Ita omnium fovens, nullius invidens virtuti, superavit fortasse invidiam, ne non tam explodere Symbolum; quàm tantum Regem allatrare videamur.

IV. Hierographia simplex.

Leonis effigiem in conspectu locat. Nec celavit animum Leoninuni. Nam cum Saracone, qui Ægyptum, reductis in ordinem Caliphis, occuparat; & successore eius Saladino, non domi retes, sed Ægyptum invadens, fortiter magis, quàm feliciter dimicavit. Hinc illud, Cedendum fortunæ, quæ jam verterat ad hostes: non nostra quidem ignavia aut socordia; sed discordia civili, ac contentione.

I. HIERO.